



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Qvi
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantum ob
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche-posay, Henri-Louis Chasteigner de
Tolosae, 1614**

Paschalis II. Temporibus clari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10735

Simonem Dunelmensem, & Guilielmum Tyrium
lib. 3. cap. 23.

ODERISIVS DE SANGRO ex monacho Cassi-
nensi Cardinalis, scripsit, vt notat Vuion,
Sermonum librum ad festa totius anni.

*PASCHALIS II. TEMPORIBVS
clari.*

GALO Parisiensis Episcopus, & Cardinalis, claruit
anno 1104. scripsitque,

Statuta synodalia, quæ Lutetiæ anno 1578. typis exce-
pta, in lucem prodire.

PETRVS DIACONVS Cardinalis, S. R. E. Biblio-
thecarius, monachus Casinensis, scripsit

Chronicon Casinense lib. 4. Claruit anno 1115: vt
notat Baronius.

YVO CARNOTENSIS Episcopus, à Trullo in Cano-
nicorum Regularium chronico, Cardinalis indigita-
tur, sed quibus argumentis ductus in hanc concesserit
sententiam, mihi tenebrę sunt: cum nullos, quos noue-
rim, habeat ad stipulatores: scripsit autem eleganter.

Panormiam lib. 10.

Epistolarum librum.

De determinandis Patrum decretis.

De diuinis Ecclesię officiis & ministeriis. Et alia quæ-
dam. Obiit anno 1114. vel 1117.

GUIDO GVILIELMI magni Burgundię Comi-
tis filius, ex Archiepiscopo Viennensi Cardinalis, vt vult
Baronius, demumq; Calixtus Papa 2. scripsit

Thesaurum Pauperum.

De miraculis S. Iacobi Apostoli, vt notat Trithemius.

De obitu & vita sanctorum.

De inuentione corporis Turpini manuscript. in Bibliotheca Cantabrigensi.

Vitam Caroli Magni Imperatoris, vt refert Ludouicus Golut, Historiæ Burgundicæ lib. 5.

Decreta quædam Colonia excusa.

Epistolas ad diuersos, quarum plures habes apud Vfergensem, Malmesburientem & Baronium.

Obiit Romæ anno 1124.

AB INNOCENTIO II. CREAT.

DROGO LAVDVNENSIS Gallus Episcopus Cardinalis Ostiensis, scripsit

De Passione Domini.

De Corpore Christi.

Et alia quædam.

RAINALDV ex Comitibus Marforum Cardinalis cui Petrus Diaconus lib. 4. historiæ Casinensis dicauit, scripsit.

Vitam S. Seueri Episcopi Casinensis.

De Sanctis Benedicto & Mauro versus nonnullos.

Hymnosq; de Sanctis Placido, Mauro, & Seuero.

Obiit anno 1165.

HUGO DE FOLIETO Gallus ex Monacho Corbeïensi, Cardinalis, multiplici eruditione præditus, prout ex iis quæ ad posteros transmisit, intelligi potest, scripsit

De quadruplici clastro animæ libros 4.

De disciplina ad Religiosos.

De abusibus clastri.